~~105~~ 117

quem adserit causa ueniendi Partenius sororis meae filius per
liberali studii disciplinas ingenuus uult uideri. optat nisi fallor
peculiarem habere eius testimonium. magnitudo igitur uestra praeter notum
tenax memor praesentium prudens futuri prolatorem pro mea commenda
tione suscipiat. et quierit prouisione uestra mea scribente felicior peregri
nationis non patiatur aduersa sentire. domine mihi debitum seruitium
reddens precor ut uel per hanc occasionem qua illinc Partenius
susceptas poterit paginas destinare desiderati multiplicetur
forma conloquii. expl. DE ANULO FIRMINE

Nil fallet simulans quod finxit dextera uerum est.
Inmobilis stantem fugitat lepus arte molossum.
Insertus rabidis ridet furor aureus ursis.
Gestandus manibus seuit leo blandior ira.
Cognoscit dominam genius famulante metallo.
Mitigat illa feras dum plebem pusciter gentium.
Aspicis Albinum titulus post busta dedisse.
Funera qui meritis uiuacibus iugulat.
Inclite cui princeps dum subdis iura magistri
Uere sepulturae contigit ille locus.

ALIUD DE

Creticus hic solers quidam uocitatur homullus.
Naribus argutus gressu celero redimendus
Inpauidus presso signans uestigia rostro.
Quo ceruus capreae lepores lupus ursa uagatur.
Inuenit et tepido capitur fera pulida lecto.
Luditur agnellae post proelia tanta uolatu.
Molle pecus uolucrem praeuertit fraude molossum.

DE SCUTELLIS

Totiouis inlecebras tot crimina uiua figuris
Dum bene depingit uitiosa est dextera fabri.
Argenti pretium est facinus retinere uetustum.
Neptunum superet quod fortis iuppiter egit.
Hi illic et a elatis scelerum munumenta resurgunt.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0241